

buir. (y) 79. Facit etiam, quia homo intendo dolore promotus, non est in plenitudine intellectus: (z) 80. quibus adde, quod si reus in sua confessione negaverit, se delictum illud commisisse, & deinde, habita copia processus, viderit se de illo delicto convictum esse, adhuc poterit probare, se illud fecisse ad sui defensionem, & erit audiendus, secundum Bartolum: (a) & est ratio, quia reus pluribus, & diversis exceptionibus uti potest. (b)

81. Et advertere, quod accusatus non debet simpliciter dicere se commisisse delictum ad sui defensionem, sed debet dicere, pramittendo negationem ejus, ut in libello diximus, ibi: *Lo otro, porque caso no confesso, que yo buviera cometido el dicho delicto, &c.* (c) 82. alioquin, si simpliciter diceret, se ad sui defensionem fecisse, accusator posset acceptare suam confessionem pro illa parte, qua confessus fuit delictum, & eam repudiare pro ea parte, qua dixit se ad sui defensionem fecisse, secundum Bartolum. (d)

83. Non tamen ex hac sola confessione reus erit puniendus pena ordinaria, sed alia extraordinaria, secundum Panormitanum; (e) quidquid contrarium resolvat Socinus, (f) & aliter contra Panormitanum, & Socinum resolvat D. Franc. à Sarmiento: (g) ac proinde ad virandas has contrarietates optima erit si prædicta cautela, ut præmissa conditione, protestatione, vel negatione, ex qua mendacium non inferatur, reus dicat ad sui defensionem commisisse, tunc enim ex tali confessione evi-

tabit torturam, & mortem, ut notat Panormitanus. (b)

84. Adverte etiam, quod ad probandam hanc defensionem admittuntur conjectura, & alia probationes præsumptæ, & testes familiares, & consanguinei, ut cum communi DD. resolvit Anton. Gomez. (i)

Diximus: *Lo otro, porque el dicho Ticio me perdonó, y remitió, &c.* Ista clausula apposta fuit, ad excusandum se reum à poena delicti, 85. quia injuria privata per pactum remittitur: (j) & an tunc Judex ex officio procedere possit adversus delinquentem, resolvit Anton. Gomez. (k) 87. Quinimo in omnibus criminibus capitalibus poenam sanguinis ingerentibus, excepto crimine adulterii, transactio licita est. (l) Et an tunc, facta transactio, Judex ex officio procedere possit, resolvunt Anton. Gomez, & D. Meneles, ubi supra. 88. Et est advertendum, quod si offensus remittat simpliciter injuriam sibi illatam, non ex eo censetur remississe damna, expensas, & interest. (m)

89. Diximus in fine libelli: *A lo menos dar en fiado, &c.* Pro cuius explicatione resolve, 90. quod, quotiescumque ex delicto venit imponenda poena pecuniaria, & non corporalis, reus poterit relaxari à carceribus sub fidejussoribus. (n)

Fallit tamen hoc in casu leg. 2. tit. 10. lib. 8. Recop.

Et in casu leg. 1. & 2. tit. 7. lib. 8. Recopil.

Et

(y) Ut in leg. *Quoniam multa*, Cod. *Ad leg. Juliam*, de *Vi*.

(z) Secundum Bald. col. fin. *Jass.* col. 2. *Dec.* col. 4. *Fortun. Garcia* col. 5. n. 8. in dict. leg. *Ut vim*, & *Panorm.* in cap. 1. de *Injur.* & in cap. *Dilecti*, de *Except.* & *Felin.* in cap. *Significasti II. de Homic.* & ante eos tenet gloss. in cap. 1. verbo. *Proposandum* in fin. 23. *quæst.* 1. & resolvit Anton. Gom. in 3. tom. *Variar.* cap. 3. n. 24. & *Covar.* in *Clem. unic.* 3. part. 5. *unic.* n. 3. de *Homic.*

(a) In leg. *Mena ex his*, ff. de *Reg. jur.* cujus opinio communis est, teste *Decio* in cap. *Pastoralis*, n. 15. in fin. de *Except.* *Boer.* in *decis.* 164. n. 12. & *Bof.* in *Praxi Crim.* in tit. de *Defensione reorum*, n. 4.

(b) Ut in leg. *Nemo pluribus*, de *Regul. jur.* lib. 6.

(c) Ita concludit *Dec.* in cap. *Cum venerabilis*, n. 20. in fin. de *Except.* est communis opinio ex *Aegid. Bolsio* in *Pract. Crim.* tit. de *Confes.* n. 36. & *Jul. Clar.* lib. 5. *Sentenç.* §. fin. *quæst.* 55. n. 17. & refert *Mench.* lib. 2. de *Arbitr.* cal. 279. n. 7.

(d) Receptum communiter in leg. *Aurelius*, §. *Idem*, ff. de *Liberat. leg.* & ita cum pluribus resolvit *Ant. Gomez.* 3. tom. 3. *Variar.* cap. 3. n. 26. & *Alciar.* in *Tract.* de *Præsumpt.* reg. 3. præsumpt. 39. num. 7. *Bolsius* in *Praxi Crim.* tit. de *Confes.* num. 19. & *Jul. Clar.* in dict. *quæst.* 55. n. 15. *Didac. Perez* in leg. 1. tit. 4. lib. 3. *Ordin.* col. 929. & *Mench.* lib. 2. de *Arbitr.* cal. 95. n. 37.

(e) Cap. *Auditis*, n. 32. de *Præscript.* *Dec.* in cap. *Cum*

*venerabilis*, n. 20. de *Except.* & *Ant. Gom.* in dict. cap. 3. n. 26. & *Tiraq.* in *Tract.* de *Pœnis temperand.* *caus.* 27. n. 7. *Gram.* *decis.* 5. n. 14. *Didac. Perez* in leg. 1. tit. 4. lib. 3. *Ordin.* col. 932. *Mench.* lib. 2. de *Arbitr.* cal. 279. n. 6. *Jul. Clar.* ubi *supr.* n. 16. & *Decis.* *Pedamont.* 60. n. 9. *Alex. Stiat.* in *Pract. Jud.* cap. 20. n. 42.

(f) In leg. *Non utique*, ff. de *Except.*

(g) Lib. 1. *Select.* cap. 1. n. 11. & 12.

(h) In dict. cap. *Auditis*; col. pen. *Alex.* de *Imol.* in leg. *Non solum*, §. *Sciendum*, col. 1. ff. de *Oper. nov. nunt.* *Hypolit.* in *singul.* 185. *Jass.* in dict. leg. *Ut vim*; col. 1. & 2. & *Rebus.* in *Repet. leg. Divus*, ff. *Ad S. C. Syllan.* super gloss. 1. n. 53.

(i) In dict. cap. 3. n. 27.

(j) Juxta text. in leg. *Si tibi decem*, §. 1. ff. de *Pass.* & in leg. *Si unus*, §. *Paucus ne petas*, ff. *eod.* & in leg. *Non solum*, §. 1. ff. de *Injur.*

(k) In 3. tom. cap. 1. n. 10. & cap. 3. n. 55. & *Dec.* *Anton. Menes.* in leg. *Transigere* à n. 41. *Cod.* de *Transact.*

(l) Juxta text. in leg. *Transigere*, *Cod.* de *Transact.* & in leg. 2. tit. 1. Part. 7.

(m) Secundum *Bald.* in dict. leg. *Si tibi decem*, §. 1. & *Alex.* n. 2. & *Panorm.* & omnes communiter in cap. 1. de *Injur.* & *Jass.* in leg. 1. n. 16. ff. de *Pass.*

(n) Ut in leg. 1. §. *Dixus*, ff. de *Confes. reor.* & ibi communiter *DD.* & in leg. *Est 1.* §. *Super his*, *Cod.* de *Appell.* & in leg. 10. tit. 29. Part. 7.

Et in casu leg. 5. tit. 4. lib. 8. *Recop.*

At verò si poena corporalis imponenda sit, tunc sub fidejussoribus relaxari non potest, (o) ut resolvit *Suarez.* (p) 91. Et quotiescumque confiterit de innocentia rei, poterit sub fidejussoribus relaxari, quinimo, & absque eis: (q) 92. & constare hoc poterit, facta publicatione testium; (r) ac ideo in dicto libello prædicta clausula fuit appollita.

93. Et advertere, quod si in casibus, in quibus reus potest sub fidejussoribus relaxari, Judex nolit eum relaxare, irrogat ei injuriam, & in Syndicatu tenebitur actione injuriarum. (s)

## EX §. SEPTIMO.

### SUMMARI A.

1. Libelli responsorii rei danda est accusatori copia, ut intra certum tempus respondeat: & utraque parte replicante, concludendum ad probationem.

2. In causis criminalibus breviores termini arbitrio Judicis præstandi sunt, quam in civilibus.

3. In criminalibus causis, etiam feriatis diebus procedendum.

## §. SEPTIMUS.

### DE REPLICA ACCUSATORIS, & duplica rei.

1. Postquam prædictus libellus responsorius rei fuerit porrectus, Judex præcipit ejus copiam exhiberi accusatori, & quod intra certum tempus respondeat, & tunc utraque pars allegat cum replica, & duplica, & concluditur ad probationem. Circa quæ observanda, omnia resoluta supra in prima parte hujus primi tom. in 7. Tempore, circa explicationem libellorum replicationis, & duplicationis.

2. Et advertere, quod licet in criminalibus procedatur, admittat causatum civilem; (t) 3. tamen termini breviores in criminalibus arbitrio

(o) Ut in leg. 3. ff. de *Confes. reor.*

(p) In Allegatione, de fidejussore in caus. *Crim.* n. 13. *Hypolit.* in *Pract. Crim.* §. *Attingam*, n. 1. cum seqq. *Bolsius* in *Pract. Crim.* tit. de *Incarcer. fidejussor. relaxando*, n. 1. *Anton. Gom.* in 3. tom. cap. 9. n. 8. & probatur in leg. 16. tit. 1. Part. 7. & ibi *Gregor. Lup.* verb. *Sobre fador.*

(q) Juxta text. in dict. leg. 1. ff. de *Confes. reor.*

(r) Ut in leg. 2. in fin. *Cod.* de *Exhib. reis*, & notat *Bald.* in leg. *Sed si his*, *Cod.* de *In jus voc.* *Alex.* in *Addit.* ad *Bartol.* in leg. 1. ff. de *Confes. reor.* col. 2. *Rod. Suarez* in

Alleg. de fidejuss. in caus. *Crim.* n. 26. & *Hypolit.* in dict. §. *Attingam*, n. 16. & *Anton. Gom.* in dict. cap. 9. num. 7.

(s) Juxta text. in leg. *Si verò pro condemnato*, §. 1. ff. *Qui iuris cog.* Et ita firmat *Angel.* in *Tract.* de *Malefic. veri.* Pro quibus *Anton. fidejuss.* & in *verf.* Et nota, quod ff. aliquis, & *Hypolit.* in dict. §. *Attingam*, n. 17.

trio Judicis debent assignari, & in eis potest procedi diebus feriatis, cum causa incarcerationum sit pia. (u)

## EX §. OCTAVO.

### SUMMARI A.

1. JUDEX recipit partes ad probationem, prolata sententia interlocutoria, postquam ab eis conclusum est: & intra terminum ab eo assignatum interrogatoria adducenda sunt.

2. Interrogatoria in criminalibus solummodo ex parte accusatoris, aut Fisco pro positionibus ponuntur reo, quibus respondebit; ex ejus tamen parte nulle positiones recipienda de consuetudine.

## §. OCTAVUS.

### DE SENTENTIA INTERLOCUTORIA ad probandum, & de termino probatorio.

1. Postquam conclusum est per partes, Judex profert sententiam interlocutoriam, qua recipit partes ad probationem, eodem modo quo diximus supra, in prima parte, hujus primi tom. in 8. Tempore, & infra terminum assignatum à Judice in hac sententia, partes producunt sua interrogatoria eodem pacto, quo diximus in dicto 8. Tempore: Et licet in causis civilibus utraque pars ponat suum interrogatorium pro positionibus alteri, ut resolvimus in dicto 8. Tempore; 2. tamen in causis criminalibus solummodo respectu accusatoris, vel Fisci positiones ponuntur reo, quibus respondere cogitur: ex parte verò rei accusati positiones non ponuntur accusatori, vel Fisco, & ita de consuetudine observari firmat *Jul. Clarus.* (a) Deinde in prædicto termino probatorio utraque pars producit suos testes, qui debent jurare, & examinari in termino dicto, ut diximus in dicto 8. Tempore; testes tamen in his causis criminalibus ipsi Judici sunt producendi, & juramentum prætare, & ab eo debent examinari, nec

(u) Ut in leg. 3. ff. de *Confes. reor.*

(v) In Allegatione, de fidejussore in caus. *Crim.* n. 13. *Hypolit.* in *Pract. Crim.* §. *Attingam*, n. 1. cum seqq. *Bolsius* in *Pract. Crim.* tit. de *Incarcer. fidejussor. relaxando*, n. 1. *Anton. Gom.* in 3. tom. cap. 9. n. 8. & probatur in leg. 16. tit. 1. Part. 7. & ibi *Gregor. Lup.* verb. *Sobre fador.*

(w) Juxta text. in dict. leg. 1. ff. de *Confes. reor.*

(x) Ut in leg. 2. in fin. *Cod.* de *Exhib. reis*, & notat *Bald.* in leg. *Sed si his*, *Cod.* de *In jus voc.* *Alex.* in *Addit.* ad *Bartol.* in leg. 1. ff. de *Confes. reor.* col. 2. *Rod. Suarez* in

Alleg. de fidejuss. in caus. *Crim.* n. 26. & *Hypolit.* in dict. §. *Attingam*, n. 16. & *Anton. Gom.* in dict. cap. 9. num. 7.

(y) Juxta text. in leg. *Si verò pro condemnato*, §. 1. ff. *Qui iuris cog.* Et ita firmat *Angel.* in *Tract.* de *Malefic. veri.* Pro quibus *Anton. fidejuss.* & in *verf.* Et nota, quod ff. aliquis, & *Hypolit.* in dict. §. *Attingam*, n. 17.

(z) Ut in leg. *Abstem*, ff. de *Pœnis.*

(aa) Ut supra diximus, & firmat *Roman.* *singul.* 694.

(ab) Lib. 5. *Receptorum*, §. fin. *quæst.* 45. n. 4.

nec ipse poterit Tabellioni, vel alteri hoc committere, ut resolvimus supra. (b)

## EX §. NONO.

## SUMMARI.

1 **T**estes examinati in summario iudicio reproducentur sunt in plenario: ut fidem faciant.

2 Quia testes in summaria recepti sunt, parte non citata, & ante litem contestatam, non probant in iudicio plenario absque nova reproductione.

3 Etiam si delinquentis consensus interveniat, non probant testes recepti in summaria, nisi verè ratificentur, & repetantur in summario iudicio.

4 Reus in criminalibus non potest renuntiare suis probationibus, & defensionibus, quia tendit in prejudicium personæ.

5 Quæ sunt de substantialibus iudicis consensu partium tolli nequeunt.

6 Quando ex delicto pena pecuniaria, vel alia, quæ non irroget infamiam, imponenda venit, reus suis defensionibus renuntiare potest, & habere testes pro reproductis, & ratificatis, secus, si alia pena.

7 Reus in quacunque litis parte, usque ad realem executionem sententiæ innocentiam suam probare non prohibetur.

## §. NONUS.

## DE REPETITIONE, ET RATIFICATIONE TESTIUM.

1. **A**ccusator diligenter advertere debet, quod in termino probatorio faciat reproducere testes, in summaria informatione examinatos: & quod ratificentur in plenario

(b) In ista 6. part. post n. 10. Et probat etiam leg. 26. tit. 16. Part. 3. & ultra ea, quæ ibi allegavimus in isto articulo est videndus Alex. de Imol. in leg. si quis autem, Cod. de Test. n. 2. cum seqq. & Alex. Static. in Practic. Judic. cap. 16. à n. 4. ubi plura congerit.

(c) Secundum Angel. in Tract. de Malefic. verb. Pama publica. Bartol. in leg. fin. ff. de Quest. Panorm. post Innoc. in cap. Bone I. Hyppol. in Pract. Crimin. §. Nunc videndum, n. 29. Foller. in Pract. Crimin. pt. 2. part. in Rubric. de man. repetantur testes, n. 1.

(d) Juxta text. in cap. 2. de Testib.

(e) Juxta text. in cap. 1. & in cap. Quomiam frequenter in princip. Ut lite non contest.

(f) Juxta gloss. singularem in leg. Pactum inter heredem, ff. de Pact. verbo. Cum licet.

(g) Arg. text. in leg. Liber homo, ff. Ad leg. Aquil. & in leg. Cornelia, §. fin. ff. de Sicar.

iudicio, alioquin fidem non faciunt in iudicio plenario. (a) 2. Et est ratio, quia testes in summaria informatione fuerunt recepti, parte adversa non citata, ac ideo fidem non faciunt, (b) & quia recepti fuerunt ante litem contestatam. (c)

3. Nec sufficit, si consensu, & approbatione delinquentis testes in summaria informatione recepti habeantur pro productis in plenario iudicio; sed requiritur, quod re vera repetantur, & ratificentur in plenario iudicio: 4. & ratio est, quia reus non potest in causis criminalibus renuntiare suis defensionibus, & termino probatorio sibi assignato: (d) nam huiusmodi renuntiatio non valet, cum tendat in prejudicium personæ, vel status: (e) & hanc opinionem in propriis terminis tenet Avendanius, (f) & Joann. Redin, (g) & alia ratione, scilicet, quia cum prædicti testes in summario iudicio recepti fuerint ante litem non contestatam; & sic in casu non permisso, attestaciones eorum invalide consensu partium validari non poterunt: (h) 5. nam litis contestatio; & similes actus sunt de substantialibus iudicii, ac ideo consensu partium tolli non possunt, (i) & eandem opinionem sequitur, eam dicens communiter receptam, Ant. Gomez: (j) quæ opinio vera est, quando ex tali delicto venire imponenda pœna corporalis, aut infamiae.

6. Caterum si esset imponenda pœna pecuniaria, vel alia non irrogans infamiam, reus bene poterit renuntiare suis defensionibus, & termino probatorio, habereque testes pro reproductis, & ratificatis: (k) qui testes recepti, & examinati in summario iudicio, ne postea in isto plenario variant, & vacillent, possunt se ad primam depositionem referre, & Judici petere primam attestacionem sibi exhiberi, ita docet Bartolus; (l) Baldus tamen (m) tenet, quod testis iterato deponens debet in re-

(f) In respons. 11. n. 5.

(g) In lib. de Majestat. Princip. in parte, sed per legitimos calumniantium limites, n. 114. & Duenas in Regul. 23. limit. 1.

(h) Secundum Baldum in leg. 1. ff. de Ferris, & in Auth. Si quis in aliquo, Cod. de Edend.

(i) Secundum gloss. in cap. De causis, de Offic. Deleg.

(j) In 3. tom. Variar. cap. 13. n. 33. & Rojas in singulari: 103. in medio.

(k) Secundum Joan. de Immol. in leg. Custodias, ff. de Public. judic. quem sequuntur Joan. Redin. & Anton. Gom. ubi sup.

(l) In leg. Eos, qui, n. 6. ff. de Falsis, Bald. in leg. Jusjurandi, Cod. de Test. n. 3. Hyppol. in leg. Ex libro hominis, à n. 13. ff. de Quest. Alex. in cons. 56. col. 2. n. 2. vol. 2. & quotidie ita in praxi observatur.

(m) In leg. fin. n. 7. Cod. de Testib.

repetitione ad extensum, & clare deponere, nec sufficit se ad primam depositionem referre: (n) & tandem concludit, quod si prior examinatio facta fuit diligenter in iudicio plenario, tunc valebit secunda depositio relativa ad primam testificacionem; & in isto casu intelligit doctrinam Bartoli, & Sequacium; si vero prior examinatio facta fuerit in iudicio summario, in quo tanta diligentia adhiberi non solet, tunc secunda examinatio ad extensum fieri debebit, nec sufficit, si testis se referat ad primam testimonium, & in hoc casu intelligit doctrinam Baldi: quæ compositio rationi, & æquitati congrua mihi videtur, & Judicibus consulo, quod ita observare faciant, quamvis opinionem Bartoli semper vidi observari in praxi.

Bene verum est, quod in crimine hæresis testes tenentur iterum in plenario iudicio testificari, non exhibito, nec ostenso primo testimonio, secundum Simancam; (o) sed certe hæc praxis quam dura videtur, ex eo quod si longum intervallum fluxerit, postquam primum testimonium dedit, jam illius immemor esset testis: cum memoria hominis fragilis sit: (p) tamen cum causa hæresis, super qua testimonium præstitum fuit, sit res tam memorabilis, & ardua, non facile oblivioni traditur potest: ac proinde, ut rectius intelligi possit, an vera, vel falsa fuerint testificata, prædicta praxis obtinuit.

7. Erit tamen tunc tutum consilium, quod testes protestentur, quod si apparuerit se aliter in prima attestacione dixisse, quam in ista, quod extunc illud testimonium reducant ad illud, cum tunc temporis magis memores huius rei essent. (q) Adverte tamen, quod reus poterit probare suam innocentiam, & defensionem in qualibet parte litis, usque ad realem executionem sententiæ, ut eleganter resolvit Ant. Gomez, (r)

## EX §. DECIMO.

## SUMMARI.

1 **E**lapse termino probatorio, est facienda publicatio testium.

(n) Cuius opinionem pluribus confirmat Decif. Pedam. 128. à n. 7.

(o) De Instit. Cathol. tit. 64. n. 24. ubi citat ad idem Boer. in decif. 108.

(p) Cap. Porreña, de Confirm. util. vel inutil. cap. Preterea 23. distinct.

(q) Et hoc consilium tradit Bart. in dict. leg. Eos, & Menoch. lib. 2. de Arbitr. consur. 2. cas. 109. n. 13.

(r) Omnino videndus in 3. tom. Variar. cap. 13. n. 33.

2 Publicatis attestacionibus, probationes partium excludantur, & amplius non admittuntur.

3 In causis criminalibus Judex ex suo officio poterit recipere probationes quascunque, etiam publicatis attestacionibus, & causa conclusa.

4 Ad instantiam accusatoris non poterit Judex post conclusionem in causa probationes alias admittere.

5 Admittuntur probationes, etiam post lapsum termini probatorii, & post conclusum in causa ad defensionem, & rei innocentiam, etiam postquam renuntiatum fuerit termino probatorio ex parte rei.

6 Etiam post sententiam diffinitivam admittitur reus ad probandam suam innocentiam, quando de ea per evidenciam facti constare poterit.

7 Licet Judex non possit de Jure revocare sententiam suam, tamen, quando eadem constat de innocentia rei, debet in ejus executione supersedere, & Principi rescribere: quod secus est de Jure Regio, juxta quod sententia revocari poterit, inconsulto Principe.

## §. DECIMUS.

## DE PUBLICATIONE TESTIUM.

1. **E**lapse termino probatorio, publicatio testium facienda erit eodem modo, quo diximus in prima parte hujus primi tomii, in fine 8. Temporis. 2. Et licet ibi resolvimus, per prædictam publicationem probationes utriusque partis excludi, & non posse amplius admitti; (a) 3. tamen in causis criminalibus Judex ex officio ad offensam, & defensionem rei, etiam post publicationem testium, & conclusionem in causa, ad definitivam sententiam poterit testes, & omnes alias probationes recipere, secundum Bartolum. (b) 4. At vero ad instantiam accusatoris hoc minime fieri possit, secundum DD. ubi supra.

5. Similiter ad defensionem, & innocentiam rei accusari probandam, testes, & probationes admittuntur post lapsum termini probatorii, & post publicationem testium, & con-

(a) De qua regula ultra ibi posita est videndus Soc. in reg. 498. & Joan. Matienz. in Dialog. Relator. 3. part. cap. 46.

(b) In leg. 1. §. Si quis nitro, col. 1. ff. de Quest. & eundem Bartol. in leg. Unius, §. 1. ff. eodem tit. Salicet. in Auth. At qui senel, Cod. de Probat. Hyppol. in Practic. Crim. §. Sequens, n. 7. & Anton. Gom. in 3. tom. Variar. cap. 13. n. 34. & hanc testatur communem opinionem Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. fin. quæst. 61. n. 2.

conclusionem in causa: (c) & etiam postquam renuntiatum fuerit à partibus termino probatorio ex parte rei, probationes admitti poterunt. (d)

6. Quinimo, ex parte rei testes, & probationes admittuntur ad probandam suam innocentiam, & defensionem, etiam post sententiam definitivam adversus eum latam, quando per evidentiam facti de ejus innocentia constare possit, probando negativam, & ostendendo, delictum non fuisse commissum, ut puta, probando hominem vivere, quem se interfecisse dicebatur, vel quid simile, juxta text. sic intelligendum in leg. 1. §. Si quis ultro, ff. de Quest. (e) & ita illum textum intelligit Ant. Gomez, (f) qui satisfacit textui in leg. 4. ff. de Confess. qui prædicto intellectui refragari videbatur. 7. Et idem resolvit, quod licet de Jure Communi per textum in dict. §. Si quis ultro, quando manifeste constat de innocentia rei post sententiam definitivam Judex non possit revocare prædictam suam sententiam, sed in executione ejus debet supercedere, & Principi rescribere; tamen, attento Jure Regio, per text. in leg. 4. tit. 3. Part. 7. Judex bene poterit in tali casu suam sententiam revocare, inconsulto Principe, & idem firmat Gregor. Lupus. (g)

## EX §. UNDECIMUS.

## SUMMARIUM.

1. Testium publicatione facta, libellus disputationis, seu de bien probado porrigendus est.

2. Libellus de bien probado, quomodo concipiendus.

3. Si accusator inspicat suam intentionem plenè probatam, concludat in libello, reum definitive condemnandum; si vero semiplenè, ad torturam.

## §. UNDECIMUS.

DE DISPUTATIONE, ET ALLEGATIONE utriusque partis.

1. Facta prædicta publicatione testium, utraque pars diligenter inspicere debet processum, & tunc libellus disputationis,

qui vulgo dicitur *Escrito de bien probado*, porrigendus erit, & in eo repulsa erunt obijcenda adversus personas, & dicta testium: circa quæ omnia erunt observanda, quæ resolvimus in 1. part. hujus 1. tom. in 9. Tempore: 2. qui libellus concipiendus erit forma, de qua ibi diximus, *mutatis mutandis*.

3. Et est advertendum, quod accusator inspicere debet, an sua intentio sit plene probata: quo casu in tali libello concludere debet, quod reus definitivè condemnatur ad poenam delicti; at vero si accusator inspexit suam intentionem, non esse plene probatam, tunc in illo libello concludere debet, quod reus ad torturam condemnatur.

## EX §. DUODECIMO.

## SUMMARIUM.

1. Publicatis attestacionibus, si semiplenè constat de delicto, peti debet reus condemnari ad torturam, quæ ante publicationem testium adhiberi non debet.

2. Ante publicationem testium non potest constare de meritis causæ.

3. Forma concludendi, quod reus condemnatur ad torturam Hispano sermone concepta.

4. Quare apponatur clausula: Y caso no confesado, que no haya para ello bastante probanza.

5. Tortura locus non est, delicto legitime probato.

6. Semiplenè delicto probato, vel aliquo indicio habito, tortura locus est.

7. Tortura inventa in subsidium probationum.

8. Si, legitime probato crimine, reus torqueatur, Judex tenetur in syndicato ad damna, & interesse.

9. Rejicitur opinio Baldi asserentis, reum torqueri posse, etiam legitime convictum ad effectum, ut confiteatur delictum: & appellacioni locus non sit, quia convictus, & confessus non auditur appellans.

10. Reum, qui legitime convictus tortura adhuc traditur, & neget, puniendum, & legitimas probationes non elidit, verius resolvitur. Et unde orta praxis, quod in sententia torture potest etiam Judex legitimas probationes contra reum in suo robore remanere velle.

Clau-

jas in sing. 40.

(e) Ubi hanc opinionem tenet Bart. & communiter DD. & Salk. in leg. 2. Cod. de Requir. rei, n. 2.

(f) In dict. cap. 13. n. 33. prope finem.

(g) In dict. leg. 4. in verb. Debeti quitar.

11. Clausula: Vmd. mande poner, y ponga, quare apposta.

12. Reum absque petitione partis torqueri posse, verius resolvitur.

13. Clausula: Reiterandofela tantas veces, &c. quare apposta.

14. Si reus non fuerit sufficienter tortus, iterum torquendus.

15. Etiam reus sufficienter tortus torquendus est, si prima tortura indicia urgentissima sint, secundum veriorum contra magis communem opinionem.

16. Tortura repetenda propter nova indicia.

17. Tortura iteratur, si in ratificatione sue confessionis reus neget.

18. Tortura etiam tertio subdi poterit, qui in prima ratificatione negans, & secundo tortus etiam negaverit.

19. Tortura quarta non est adhibenda, etiam si reus in tertia confessus, in ratificatione negaverit.

20. Ultra tertiam torturam non est procedendum, nec ultra secundam, secundum Simancam.

21. Tortura bis iterari potest post primam de Jure Regio in criminibus proditoris, falsæ monete, furti, & rapina; in aliis semel tantum.

22. Si reus in tortura negaverit, vel non perseveraverit in confessione, definitivè absolvendus est, vel ratione indiciorum extraordinariè puniendus.

23. Clausula: Hasta que lo confiesse, y en el se ratifique, quare posita.

24. Confessio facta in tortura non sufficit, nisi post eam ratificetur, & duret.

25. Torturam legitima indicia præcedere, & perseverantia confessionis subsequi debent.

26. Perseverantia post torturam opus esse, quamvis ante eam extra judicium reus crimen confessus sit, verius est.

27. Ratificatio confessionis in tortura facta, post viginti quatuor horas fieri debet.

28. Inquisitores ratificationem usque in tertium diem differunt, & benignius apparent.

29. Si dolor tormentorum duret, ratificatio eorum metu facta præsumetur.

30. Porrecti libelli petitionis torture copia reo exhibenda est, ut intra certum tempus eidem respondeat.

31. Libellus allegationis ex parte rei sermone Hispano conceptus.

32. Clausula: Atenta la calidad de la causa, quare apposta.

33. Reum non torquendum, nisi in gravi, & atroci causa.

34. Cause graves, & atroces quæ dicantur, remissivè.

35. Clausula: Hay indicio bastante para ello, &c. quare apposta.

36. Reum non torquendum absque sufficientibus indicibus.

37. Indicia legitima, & sufficientia quæ dicantur, remissivè.

38. Clausula: Ni que sufficientemente estè probado, quare posita.

39. Indicia probanda legitime per unum testem deponentem per actum visus de ipso facto, & delicto.

40. Testis probans indicia, omni exceptione major debet esse.

41. Testis deponens de indicio remoto, non sufficit unus, sed duobus opus est, qui omni exceptione majores sint.

42. Clausula: Por ser, como soy, Hijodalgo, &c. quare apponatur.

43. Quilibet torqueri potest, qui non reperitur prohibitus.

44. Nobilis torqueri non potest.

45. Impubes torqueri non potest.

46. Senex decrepitus non potest torqueri.

47. Miles, & Doctor torqueri nequeunt, nec Decurio.

48. Mulier pregnant, & alia plures persone torqueri non possunt.

49. Clericum, contra quem infamia, & indicia insurgunt, torquendum esse, communis opinio observat, quam in praxi non servari, Jul. Clar. asserit: & sufficere sola indicia, tenet cum aliis, quos refert Auditor.

50. Qui in crimine læsæ Majestatis torqueri possunt, & in crimine hæresis torqueri poterunt: ideo minores vigintiquinque annis propter suspensionem hæresis torquentur, & minores quatuordecim annis terri possunt.

51. Persona privilegiata ne torqueantur, terri possunt.

52. Clausula: Para la detemination, &c. quæ apponitur in fine libelli, quare apponatur.

53. Judex recusatus in criminalibus in foro seculari de Jure Regio associatur duobus Decurionibus habentibus Assessorum, qui per Confessorium nominantur, qui omnes simul procedunt in causa, usque ad sententiam inclusivè.

54. Si Judex recusatus in causa criminali dissentit ab Assessore Decurionum, qui sibi associantur, requirunt eum ipsi, ut se componat, alias proferant sententiam cum suo Assessore, & aditur Superior.

55. Votum Decurionum, qui in criminalibus recusato Judici junguntur, non prævalet ejus voto, quia votum ejus solius reputatur pro uno, & votum eorum pro uno alio duntaxat.

56. Si votum alicujus ex Decurionibus, qui recusato Judici in criminalibus sociantur, con-

(c) Juxta text. in leg. Unus, §. Cogniturum, vers. Quamvis, & in gloss. ordin. Bart. & alii communiter, Felin. in cap. cum clamor, col. 3. de Testib.

(d) Secundum gloss. singularem in leg. Pactum inter heredes, ff. de Pactis in gloss. fin. recepta communiter ex Bald. Paul. & Jaff. ibi, & Anton. Gom. ubi supr. & Ro-